

## ***IULIUS FEMINAM PULCHRAM IN FORO TUSCULANO ASPICIT***

Iulius Aemiliaque in foro Tusculano ambulant atque aspiciunt tabernas, in quibus ornamenta venduntur.

Aemilia, quae ornamentis delectatur, dicit: “Eme anulum cum magna gemma, Iuli!”

Iulius: “Ornamenta nimis magnum pretium habent”; et Aemiliam iratam discedere videt, sed ridet.

Iulius, qui nunc solus ante tabernas ambulat, consistit, quia feminam vendere rosas aspicit, et dicit: “Haec femina quae rosas vendit, formosa, ut rosae suae, est.”

Aemilia Iulium illam feminam formosam aspicere videt; itaque eum vocat et clamat: “Verte te, Iuli!”

Dum Iulius se vertit, alius vir osculum ab Aemilia accipit et osculum Aemiliae dat; vir dicit Iulio: “Illa femina, quae a te aspicitur, tam pulchra quam femina tua non est.”

Genae Iulii rubrae sunt, is enim iratus ut leo est. Iulius ab Aemilia videtur, itaque ea ridet atque ad Iulium accurrit.

Cum ea est apud eum, decem oscula ei dat et dicit: “Genae boni viri rubrae non sunt; ergo vir meus bonus non est.” Iulius iam iratus non est, nam Aemiliam brachiis portat ad lecticam et cum ea ridet.

Cum ii ad villam adveniunt, Aemilia Syrae dicit: “Hic vir amat me.”

*Barbara Borsani*